



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. xiiij. De eo quod ipsa in oratione & prece prædicta perseuerante accidit  
ei: propterea quod murmurauerat & irriserat quendam hominem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

32 *Duodecimum ca. xii. & xiiij. pas.*  
dimitterem: etiam si certa essem,  
quod omnia ista prædicta mala  
mihi acciderent. Quia etiã si om-  
nia prædicta mala mihi accideret  
libèter moriebar pro Deo: & tunc  
verè deliberaui, quod dictum est.

*Duodecimum capitulum xij. passus.*

*Qualiter deprecata fuit dominam  
nostrã virginem Mariam & sanctũ  
Ioannem Euangelistam: vt ei impe-  
trarent gratiam quomodo semper  
haberet in memoria passionẽ Christi.*

**D**VODECIMO consequen-  
ter rogavi beatam matrem  
Christi: & sanctum Ioannem E-  
uangelistam: per dolorem quem  
ipsi sustinuerunt: quod ipsi ac-  
quirent mihi certum signum:  
quo possem semper habere in me-  
moria passionem Christi.

*Tredecimum capitulum xiiij. passus.*

*De eo quod ipsa in oratione & pre-  
ce prædicta perseverante accidit ei:  
propterea quod murmurauerat &  
irriserat quendam hominem.*

**T**ERTIODECIMO. mihi  
perseueranti in ista prædicta

oratione & desiderio : accidit mihi somnium, in quo ostensum fuit mihi cor Christi, & dictum est mihi: In isto corde non est mendacium, sed omnia sunt ibi vera: & hoc videbatur mihi quod acciderat: quia ego feceram quasi truffas de quodam prædicatore.

*Quartum decimum capitulum. xiiii. passus. De augmento cognitionis Christi.*

**Q**UARTODECIMO. consequenter quadam vice dum stare in oratione, Christus ostendit se mihi vigilantibus magis clarè & dedit mihi maiore cognitionem de se, & tunc vocavit me & dixit mihi quod ego ponerem os meum in plagam lateris sui, & videbatur mihi quod ego ponerem & biberem sanguinem eius fluentem recenter ex latere suo, & dabatur mihi intelligere, quod in ipso mundaret me, & hic incoepi habere consolationem magnam, quamvis ex consideratione passionis haberè tristitiam, & rogavi dominum, quod face-

B. v.